



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

3. Dies Octob. Hæc est in omnibus sola perfectio, suæ imperfectionis cognitio. S. Hieron. epist. ad Theodore.
-
-

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Octob.

Tessera.

782

nihil inusitatus, quam bene velle. Recurrat Voluntas humana ad Divinam, ut fontes ad flumina, & haec ad maria, & erit Divina. Enimvero, nihil hoc carmine verius:

Undique per montes currant ad flumina fontes.

3. DIES OCTOB.

Hæc est in omnibus sola perfectio, suæ imperfectio-
nis cognitio. *S.Hieron.epist. ad Theodore.*

Cogni-
tio sui.

Nullus tam est catus, sit licet Cato, in quo non plus requiratur, quam reperiatur Prudentiae; Nemo est tam sapiens, quin plura nesciat, quam sciat: ut benè Sidonius: (a) *Nullus scit, mihi crede, quanta nesciat.* Nullus tam solers, quin in pluribus hallucinetur, quam recte operetur. Denique nullus adeò est perfectus, quin plus ei Virtutis desit, quam adsit. Illud nimis quam certum: hic inter mortales, ex mortalibus, cum mortalibus, nihil est perfectum. (b) *Nulli frère tales, in quibus nihil ipsa desideraret Integritas,* inquit Arnobi⁹: (c) *Omnis enim perfectus, perfectione est indigens;* ut sciē Fulgentius. Magna tamen est Perfectio, suæ imperfectionis cognitio. Suffragatur mihi D. Leo. (d) *Perfectorum justitia est, ut nunquam presumant se esse perfectos.* Hæc tuæ imperfectionis cognitio, elatos dep̄imit, inflatos extenuat, cōtumaces Deo submittit. Quam multæ nobis per eam naturæ necessitates aperiuntur? quam multa nobis pericula patefiunt? quam frequentes mundi technæ, & dæmonis strophæ deteguntur? Hæc ante oculos posita, non sinunt nos nobis

(a) *Carm. 9.* (b) *L. 1.* (c) *Ad Monin. l. 1.* (d) *Ser
2. Quadr.*

nobis imponere. Quis enim sit tam amēs, qui c
propriis miseriis efferatur animo? Quis tam exco
qui eisdem ante oculos subjectis, non elatione
omnēm abjiciat, non pro securitate metum, pro vo
luptate dolorem, pro hilaritate mōrem sus
piat?

II. Hoc pōrrō interest inter hanc scientiam, &
alias, quibus imbūimur, quod si unam ex cat
scientiis perceperis, non continuo alteram perno
ris, nisi perdiscas: qui Mathematicam tenet, non tē
tim Philosophiam assequitur: vel si gnarus sit Philo
sophiæ, non idcirco est Juris Civilis peritus, nisi ad
lud percipiendum incumbat. Verum, qui in hac scien
tia elaboraverit, nullo ferè alio labore, nullā aut
operā adhibitā, in alterā etiam præstantissimā, ac
luti nostræ necessariā, doctus existet: nimirum in De
immortalis notitia. Quis enim Deum tam nobis ape
rit, atque adeo penè ante oculos statuit, quam mil
iarum nostrarum aspectus? ad quas si convertas,
confestim in Deum te abripi sentias. Quid n̄ igitur
tibi dixero, quod olim Philemon? Homo cūm Ies
hoc fat, ut intelligas, & semper eris homo. Usus est
hac sūi cognitione, præ medicamento arrogans
Philippus Macedo, qui cūm ad Charonæam Ath
eniensēs viciisset, animum elatum ratione compescuit,
& ne quid deinceps per fastum faceret, hoc instituit,
ut quotidie manē excitaretur ē somno his verbis:
Surge Rex, & hominem te esse cogita. Hæc sci
entia aliis omnibus, non tantum præit, sed præcl

III. Quid mihi conferet omnium linguarum
peregrinarum notitia, si linguam ego meam à ca
penda aliorum vitā non refreno? Quid plurimos
libros

Octob.

Tessera.

785

libros evolvere, si nihil aliud indè discam, quām a-
lios dolis meis involvere? Quid stellarum vires, & e-
lementorum motus scire me juvat: si à vitiis animum
non removeam? Oro te, quid nautæ prodest, artem
navigandi scire, & tempestate mergi? Quid artis bel-
licæ peritum juvat, debello multa jactare, & prælia
committendi rudem esse? nunquam is donabitur ru-
di. Quid viæ ducem, aliis viarū compendia demon-
strare, si à via ipsem aberret? Sine sui cognitione, o-
mnes qui naturæ dotibus excellunt, dicere licet eos
gladium tenere, quo se lædant, ac cædant, ignem hu-
meris gerere quo conflagrent: restim collo, qua stran-
gulentur: pugiones in pectore, quibus tranfodian-
tur: spinas in pedibus, quibus configantur; saxa, ad
quæ pedibus impactis cespitant, & cespitando ca-
dant, & cadendo jaceant, & jacendo pereant. Deni-
que sine illa cognitione, omnia quæ accepimus ad u-
sum vitæ, convertimus ad usum culpæ. Prodidit se
Philosophum Dèmonax, dum interrogatus quando-
nam cœpisset philosophari, respondit, dum cognos-
cere meipsum incepi. Ita nunc didicisti primum sa-
pere, quando incepisti, te ipsum noscere, Bias, ut ho-
mines ad sui cognitionem duceret, jubebat ut inspe-
culo unusquisque suas actiones contemplaretur, ut
honestas magis ornaret, turpes verò emendaret. Non
tibi exhibeo quibus te inspicias specula, sed quibus
te admoneas, & velut è specula tibi ipsi manè dum e-
vigilas, excites, dicendo, Nosce te ipsum. Hac do-
ctrina destitutus, sis vita, & moribus dissolutus. Imò
vis unum interrogem, & respondeam, quod erit Ve-
ritatis quasi axiomam?

Hac sine doctrina, quid vita est? fœda latrina.

Pars III.

D d d

4. DIES